



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCCXXVIII. Woldemar, Markgraf von Brandenburg, verleiht auf Fürbitte  
Otto's und Heinrichs Schenken von Schenkendorf dem Abte und Convent  
in Neuzelle den See Pinnow in der Nähe von Fürstenberg, am ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

dominus Cristoforus Dux Hollandie frater suus vel Seborch vel Wordingborch, quod in ipsius Regis stabit arbitrio, nec non dictus dominus Heinricus de Meckelendorch ciuitatem Sternberg aut Brandendorch, vtram voluerit, atque triginta milites et armigeri dicti Regis districtum ydoneos, ciuitatem Nestwede intrare tenebuntur immediate termino predictae solucionis duorum milium marcarum expirato, non exituri de locis predictis, nisi de nostro id certo fecerint mandato, usque dum dicta duo milia marcarum fuerint totaliter perfoluta. Verum si ciues de Rozstok iniurias impugnationes contra ipsum Regem ad destructionem turris eiusdem vellent mouere, hanc iniuriam et violenciam tenebimur fideliter propulsare, sicut aliis placitis et literis hinc et inde traditis est conceptum. Nos quoque nostrosque fideles, quos ad hoc specialiter deputauerimus, predicto Regi ad suos terminos infra hinc et festum beate Walburgis proximum transmittimus, Pro promisso, a Rege Dacie militibus et armigeris predictis faciendo, ad nostras manus acceptando, sicut dictus dominus de Mekelburch et dominus Nicolaus, Olauī filius, ipsius Regis dapifer, ad hoc ex parte ipsius Regis deputati nobis fideliter promiserunt. Huiusmodi quoque litere aliis literis aut placitis habitis et datis quibuscunque minime derogabunt. Pro hīs omnibus fideliter adimplendis dicti domini Rex, dux, milites et armigeri dabunt nobis literas suas apertas promissum premissorum omnium continentes, sigillis eorum cuiuslibet sigillatas. Dat. Schoenebek, anno domini millesimo Trecentesimo XIII<sup>o</sup>. feria tertia ante cathedram beati Petri.

Nach einer amtlichen Abschrift des Originals im K. Dänischen Geh. Archive zu Kopenhagen. — Nach Arrild Suitsfeld gehört diese Urkunde tredie Dagen efter Catedram Petri 1315. — Anno M. CCC. XXII. dos Vrydaghes na sūnte Mauricius Daghe vnd syner felsehop verkaufte Herr Heinrich von Mecklenburg und Stargard dat Hus vnd den Torne to Warnemunde an die Stadt Rosock. Schreybers Pap. Meck. p. 1000.

CCCCXXVIII. Woldemar, Markgraf von Brandenburg, verleihet auf Fürbitte Otto's und Heinrichs Schenken von Schenkendorf dem Abte und Convent in Neuzelle den See Pinnow in der Nähe von Fürstenberg, am 25. März 1313.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandemborgensis, Lufacye et Landesbergensis Marchyo Tutorque illustris Johannis, de Brandemborch Marchyonis, Recognoscimus tenore presencium, publice protestantes. Quod ob nostrorum fidelium intercessionem, videlicet dominorum nobilium Othtonis et Henrici, Pincernarum de Schenkendorp, contulimus, donamus et conferimus per presentes Abbati et Conuentui fratrum ordinis Cysterciensium, in noua cella deo famulancium, proprietatem stangi in territorio Worstenberch, Pynnow dicti, nostro nomine et predicti illustris Johannis, cujus Tutelam gerimus, nunc et in ewn plena libertate perfruendam, Renunciantes omnibus actionibus, que nobis in dicti stangi successione possint inminere. In cuius euidenciam certiore iussimus presens scriptum ipsis tradi, nostri sigilli munimine roboratum, sub testimonio nostrorum fidelium videlicet Guntheri de Keuernborch et Ulrici de Lyndow, Comitum nobilium, Domini Conradi de Redere, Nicolai de Bük, Dreysekini de Crogchere,



Friderici de Aluensleue militum, atque domini Slotekini, nostre curie prothonotarii, ac aliorum fide dignorum. Datum Brandemborch, Anno domini millesimo Trecentesimo XIII<sup>o</sup>, In Annuacciatione beate Marie Virginis.

Nach Wilkii Ticemannus Cod. dipl. p. 214.

CCCCXXIX. Der Hochmeister Karl von Trier beurlundet, daß er durch Tausch von den Schwenz, ehemaligen Vasallen des Königs von Böhmen und Polen und der Markgrafen von Brandenburg, das Gebiet von Neuenburg am Weichselströme an den Deutschen Orden gebracht, am  
7. Juni 1313.

Nos frater Karolus de Treveris, Hospitalis sancte Marie domus Theuton. Jerlitani Generalis Magister, Notum facimus univcrsis presentibus et futuris, Quod Nos nostri Capituli ac aliorum nostrorum fratrum deliberacione sana prehabita, consensuque eorundem accedente, cum Nobilibus viris dominis, videlicet, Petro, Jescone et Laurencio, filiis domini Swence, quondam palatini Pomoranie, super dominio Nuenburgenfi ipsi Petro a Serenissimo domino Wenceslao, pie memorie quondam Bohemie et Polonie Inclito Rege, necnon a Magnificis principibus dominis, Ottone, Hermanno, Woldemaro, Brandenburgensibus et Lufacie Marchionibus, quondam dominis illius partis Pomoranie, que fuit ab eisdem iusto vendicionis tytulo ad nostrum ordinem devoluta, eidem Petro, suis quoque predictis fratribus, ac eorum heredibus collato, sibi que per Nos ac nostros fratres eiusdem Pomoranie dominos postea confirmato, legitimum empicionis et cuiusdam permutacionis contractum fecimus in hunc modum, videlicet quod eisdem predictis fratribus pro dominio prefato scilicet Nuenburg et pro toto illius domini homagio, ac pro bonis et villis omnibus ad ipsum sub consignatis graniciis, circumquaque ab antiquo pertinentibus, necnon pro univcrsis eiusdem domini utilitatibus, donavimus Mille et ducentas Marcas denariorum usualium et quinque villas ipsorum Castro Tuchol vicinas, quarum hec sunt nomina, videlicet Mandromieze, Chelpino, Zachsreuo, Wiffoka, Radzime, et unum lacum ibidem, dictum Pfrizareche, cum omnibus iuribus et utilitatibus, que et quas in eisdem villis et eciam lacu habuimus, a predictis fratribus, et eorum legitimis heredibus perpetuo et cum omni jure, quo predicta bona in Nuenburg habuerant possidendas, de quibus quidem bonis prefati Nobiles viri sui que heredes talia homagii servicia facient nostris fratribus, qualia eisdem de bonis Nuenburgen. antea facere tenebantur. Insuper de speciali gracia contulimus eisdem fratribus et eorum heredibus flumen quod Bra vulgariter dicitur, ut illud piscando, et molendina edificando ad sui usum habeant perpetuo, a loco ubi fluvius, Nimila dictus, prefatum flumen Bra influit descendendo usque ad metasville, que Cechcin communiter nuncupatur. In quorum evidens testimonium presens scriptum iussimus nostri Siggilli munimine roborari. Testes horum sunt viri Religiosi, frater Henricus de Gera Magnus Commendator, fr. Johannes Schrape Thezaurarius, fr. Cunradus de Gundelvingen